



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. IC. Romana fideicommissi de Fontana. An reciproca simpliciter ordinata inter plures, quorum aliqui sint universaliter instituti, & alii particulariter, conceniat omnibus, vel potius ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

CVM

FRANCISCO FONTANA

Casus resolutus per A. C. pro Tertiis.

An reciproca simpliciter ordinata inter plures, quorum aliqui sunt universaliter instituti, & alii particulariter, conveniat omnibus, vel potius intelligatur discretivè inter comparatos sub eadem substitutione? Et aliqua de licita alienatione bonorum fideicommissi non obstante.

SUMMARIUM.

- 1 **F**actus.
- 2 Tertius emptor mercium an sit tatus, datur distinctio inter venditas singulariter vel in universum.
- 3 Quando taberna confusa cum alia majori amittat suam universalem qualitatem.
- 4 Pretium non succedit loco rei.
- 5 Quando emens bona fideicommissaria bona fide sit tatus.
- 6 Reciproca intelligitur ordinata inter universaliter institutos non autem cum instituto in re particulari.
- 7 Expenditur limitatio hujus conclusionis, quando omnes universaliter instituti cessant.
- 8 Emens bona fideicommissaria ex licentia per testatorem vel per legem gravato concessa est tatus.
- 9 Alienari possunt bona tempore peritura, & conservantur non apta.
- 10 Licentia alienandi concessa uni persona an extendatur ad aliam.
- 11 Emptor bonorum fideicommissi an teneatur esse sollicitus de investimento pretii.

DISC. IC.

**N** Fontana Nurfintus seu alterius loci Spoletanz diocesis, mercium tabernam fundacum vulgè nuncupatam, exercens in Urbe in platea, qua dicitur ad Turrin Sanguineum, moriens in ejus testamento, cum reciproco fideicommissi, & cum quibusdam aliis substitutionum gradibus, instituit tres ejus filios, Joannem Dominicum, Didacum, & Franciscum in codicillis verò revocata quacunque dispositione, quam ad favorem Francisci ejusque filiorum ordinasset, eum heredem particularem instituit in quibusdam bonis in patria existentibus, ac in quadam summa pecuniaria, cum eisdem tamen substitutionibus conditionibus, & oneribus in testamento contentis, dicto vero Joanni Dominico facultatem dedit, ut si ei opportunum videretur, fundacum prædictum de consensu Didaci, qui erat clericus in sacris, necnon cum scientia & consensu Petri ejusdem testatoris fratris alienare valeat; Cum autem post mortem testatoris infra breve tempus mors Joannis Dominici sequuta esset Didacus superflus & coheres universalis clericus in sacris in patria comorans, per eundem Petrum patrum procuratorè ad id constitutum fundacum prædictum pro proreio scutorum circiter s. m. vendidit Achilli

X 3

&amp; fra-

subingressionem in locum seu gradum corruptum, juxta ea que de hac vulgari in fideicommissi seu anomala habentur infra disc. 107. & sequen. Ac etiam de eadem habetur in præ. edentibus spa. sim.

Isti autem termini omnino extranei sunt ab illis transmissionis, quoniam transmissarius non succedit ex persona propria, sed ex illa transmittentis; cujus hæres esse tenetur, ita fingente lege, quod substitutus non prædecefferit, sed et momentum supervixerit gravato, atque fideicommissum jam purificatum ac delatum transmiserit in filium, ut admittit eadem decisio apud Giovagn. d. conf. 82. n. 59: Cancer, par. 3. var. cap. 21. n. 154. & seqq. late & magistraliter Giovagn. conf. 80. num. 18. eodem libr. 1. & d. conf. 82. num. 199 ubi considerando differentiam inter transmissionem & vocationem, ac rationem, cur facilius intret transmissio quam vocatio, illam & quidem veram assignat quod in casu transmissionis non agitur de novo gravamine, neque de multiplicandis substitutionibus, illisque subintelligendis, ut est in casu implicitæ vocationis, sed est eadem & unica substitutio, quam ita lex ex voluntate testatoris fingit purificatam, effectumque sortitam in ipso primo substituto, à quo jure successorio, non autem substitutionis meretur filius in quem transmitti dicitur successio non autem condicio, cujus repetitio seu multiplicatio non datur, ut comprobant Ruin. conf. 47. num. 9. vers. quia illa conditio libr. 2. Paris. conf. 60. n. 55. libr. 2. & alii. Continuante solum in transmissario onere reali ex ipsis bonis adimplendo, atque ex testatoris judicio tractum successivum habente, non curata discretionem personarum, itaut si substitutus verè & realiter gravato supervixisset, atque fideicommissum jam delatum ac agnatum moriens transmississet, adhuc ejus hæres eodem onere premeretur;

Quodque de dicta decisione, seu veriùs de indigesta digressionem extensoris extra punctum decisionis, nulla penitus ratio habenda esset, ponderabam, quod idem Giovagn. in hac fideicommissaria præsertim materia, doctus quidem ac profundus I. C. postquam scripserat ad causæ opportunitatem tanquam Advocatus, atque favorabilem resolutionem obtinuerat, præfataque decisi ne extensa, ipse illam registravit in ejus Responso præcedenter edito, illudque revidendo, ac magis ornando pro publica luce, in fine d. num. 199. potius tanquam Tractatista quam tanquam Consulens atque pro solo sensu veritatis aliquas annectit bonas ponderationes, & tamen istud motivum omnino negligit rationabiliter quidem, utpotè nulli innoxium fundamento.

# ROMANA FIDEICOMMISSI DE FONTANA

PRO

ACHILLE & FRATRIBVS  
DE TERTIIS

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

& fratribus de Tertijs, alium consimilem fundacum in eodem loco longè majoris valoris exercentibus, qui dictis mercibus cum proprijs confusis, ampliore fundacum constituerunt in ea materiali apotheca, quàm Fontana conductam habebat, utpotè commodior; Sequuta verò ad plures annos morte etiam Didaci, insurrexit Franciscus, atque prædicens in vim reciproca in dicto testamento contenta, fideicommissariam successionem ad universam dicti testatoris hæreditatem & bona sibi apertam esse, judicium instituit coram A. C. adversus prædictos de Tertijs tanquam fundaci hæreditarii possessores, atque pro eo agentes innitebantur propositionibus generalibus, quas ad favorem fideicommissariorum pro vindicandis bonis fideicommissariis quotidie receptas habemus.

Pro reis conventis scribens dicebam, quod pro eorum absolutoria opus non esset assumere inspectionem super fideicommissi existentia vel pertinentia, minusque super licentia alienandi à jure vel ab homine hæredi gravato concessa, de quibus infra, sed quod sufficeret incompetencia actionis, ex qua solum reo vincere sufficit, cum nulla contra istos competere videretur actio, Non quidem personalis, cum inter eos nullus intercesserit contractus vel obligatio, quæ est mater actionis, Minusque realis seu rei persecutoria, quæ à fideicommissario adversus tertium bonorum fideicommissariorum possessorem frequentius exerceri solet cum merces de tempore mortis testatoris, vel alienationis existentes, amplius in rerum natura non extarent, neque earum identitas justificari poterat.

Et nihilominus, ubi etiam aliquæ extarent, minus in eis singulariter consideratis aliqua actio erat exercibilis, quoniam licet de stricta juris censura merces cadant sub fideicommissis, hypothecis, aliisque nexibus, quibus alia bona subjecta sunt, eodemque jure regulentur, Nihilominus ex quadam 2 commercii rationem tertius bonæ fidei emptor est tutus Bald. in l. ubi adhuc n. 37 C. de jur. dotium, Capyc. Latr. decis. 24. num. 12. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 45. & alibi, Oithob. dec. 55. num. 9 ac habetur deductum in Romana seu Civitatis Vestule mercium sub titulo de Regalibus disc. 129. & sæpius sub titulo de credito.

Et quamvis hujusmodi propositio procedat, ubi agitur de mercibus singulariter & in specie distractis, secus autem ubi de taberna illarum complexiva, tanquam corpore universali, cum tunc etiam contra tertium bonæ fidei emptorem exerceri valeant hypothecæ, aliaque remedia realia vel rei persecutoria ad textum in l. cum tabernam ff. de pignor. ubi DD. de quibus Merlin. & ceteri loco citato, Quod etiam influit ad merces jam distractas ac non extantes, quoniam aliæ in eandem tabernam introductæ, tanquam loco præcedentium subrogatæ, sub eisdem hypothecis vel nexibus cadunt, cum actionis competentia perentiat ipsam universitatem negotii; Attamen ultra difficultatem respectu non extantium cadentem in eo, quod novarum mercium subrogatio loco antiquarum facta non erat ab ipso debitore hypothecante, sed à tertio & sic de tempore inhabili, Objectum removeri dicebam ex facto cum taberna hæreditaria, licet vendita tanquam universitas, amplius non extaret, dum confusa erat cum taberna seu fundaco longè majoris valoris ipsius emptoris, cujus respectu facta fuit species in sua universitate confusa, quamvis 3 penes venditorem esset genus seu universitas; Ad-

instar fluminis, quod ubi perseverat in eodem dicitur corpus stans de per se, sed ubi impetu amittit, atque efficitur de aquis maris vel fluminis majoris; Quod etiam legaliter habemus in bonis ecclesiasticis, vel feudis, quæ alteri majoribus vel feudo accessorie ac subjective unitæ, vel corporentur, quia licet prius in suo esse constituta dicerentur universitas, postea verò in membrum seu prædium Ecclesiæ vel feudi translatum esset in apothecam, in qua regeretur Fontana exercebatur, quoniam non facta apotheca materialis, sed taberna formalis, principaliter consistebat in negotio emptorum accessorie ista merces adaucta fuerunt, Tutela, ut actio fiat à prædistanti; Tutela voluntate seu destinatione unientis, qui propterea alienum, ac minoris existimationis menti unire voluit proprio, quam propriam alieno minori; Cumque agatur de voluntate unientis, potest hic quandoque eam declarare quoniam qui declarat nil de novo facit, sed factum sit aperit Oithob. dec. 118. n. 2. & in 18. & ceteri passim, ac habetur sæpius in altero de donationibus, & in aliis.

Neque aliqua competere poterat actio etiam ex antiquis mercibus ad manus ipsorum devenit, quoniam cum penes ipsos extant, ut supra dici non possit quod esse sint sitas sed species, inerat regula in universali cadens, in particularibus tamen magis utitur ut pretium penes tertium non succedat bono, vel dolo delirer rem possidere ex deducit in Romana seu Civitatis Vestule sub tit. de Regalibus 129. Vel cessante mala fide, ac probato tertius foveat causam merè lucrativam, pro locupletatione contendat, quia nempe pro aliquos effectus investitum equipollenter extantur, ita ut possessor agat de se locupletatione alieno sine causa, secus autem ubi causam foveat, ut habetur sæpius actum, postea in Romana hæreditatis sub tit. de Regalibus ad officiorum disc. 1. & in Volaterrana ipsi sub donatione.

Sibi enim impudenti stulti testatores fideicommissa ordinantes in hujusmodi mercibus ac bonis ad horam etiam de sui natura dissipatis subjectis, & in quibus commercium omnino dicitur esse, si fideicommissa darentur extant contra tertios bona fide, ac titulo extant contra contractantes, Atque in hac bonorum specie, quod rectè procedat motivata in Romana commissi de Maximis disc. 84. ut scilicet bona emptor tutus sit à molestiis fideicommissariorum quibus tantum jura competant contra generalem alienantem, dum remedia realia vel rei persecutoria sunt impracticabilia, reliqua verò contra qui dolo non desit possidere, non competant.

Ista credebam sufficere ad absolutum non alia fundamenta in puro facto confusa detractionum scilicet legalium & accedentium in quas etiam hujus primæ alienationis pretium de jure convertendum erat; Verum addando in motivis, dicebam actorem pro vindicandis etiam bonis extantibus, postea fideicommissi existentia & pertinentia, non fundasse intencionem; Quidquid enim esset in proca per testatorem ordinata inter hæredes extantire eorum filijs & descendencibus eorum qui

lineam, vel potius juxta *decisionem* 1023. *Seraphini*, ea prater primos heredes intelligenda esset discretive inter cuiuslibet lineæ descendentes, & in quo ex conjecturis potissimè, dum agebatur de dispositione ascendente pro mea sententia pro reciproca lineari inclinasse; Adhuc tamen ponderabam id procedere inter eos, inter quos hæc reciproca ordinata est, quales erant duo heredes universaliter instituti, non autem respectu actoris instituti in re particulari, quoniam substitutio reciproca, inter institutos universaliter tantum ordinata censetur, ut ex *Bart. in l. Lucius num. 18. ff. de vulgar. & pupill. firmant magis communiter repetentes ibidem, & sequuntur ceteri plene collecti per Fusar. quest. 261. num. 1. ubi numeris sequentibus ejusdem conclusionis rationes expendit: Et licet ex numer. 5. usque ad finem plures dictæ regulæ limitationes deducat, nulla tamen videbatur ad factum applicabilis.*

Eoque magis dictæ conclusioni locum esse dicebam ob assistentem voluntatem testatoris dupliciter deductam, Primò nempe, quia ubi Joanni Dominico filio seculari negotiorum exercenti facultatem dedit vendendi fundacum prædictum, consensum expetiit Didaci coheredis, quamvis clerici, ac etiam Petri ejus fratris, quamvis nullum jus in successione habentis, & tamen dictum Franciscum omnino sprevis, signum evidens, quod exceptis rebus particularibus ei relictis, nullum in eo consideravit jus vel interesse, nec re, nec spe in hæreditate; Et secundo ob amplitudinem verborum, cum quibus per codicillos quamcunque dispositionem cum testamento ad ejus favorem ordinatam revocavit, mandando dicto relicto tantum contentum esse debere, unde propterea dicebam quod non versabamur in casu voluntatis præsumptæ, in qua etiam procedit regula superius constituta, sed in casu voluntatis expressæ, qua concurrente nemo dubitat.

Adversus hoc fundamentum, scribentes pro actore duo deducebant; Unum facti, alterum juris, facti scilicet, quod testator in eodem legato reum particularium, quod dicto Francisco in codicillis fecit, expressè ixit id facere cum eisdem substitutionibus, oneribus & conditionibus in testamento contentis; Verum hoc satis leve fundamentum erat, quoniam verba clarè ostendebant, testatorem intellexisse de substitutionibus passivis in odium & gravamen ejusdem Francisci in bonis, quæ ipsi relinquebantur, non autem de activis & favorabilibus, à quibus per verba nimis generalia ab omnibus ejus favore in testamento dispositis exclusus erat.

Alterum erat fundamentum juris deductum ex limitatione tradita per *Fusar. alios colligentem dicta q. 261. n. 10. & quam sequitur Rota decis. 54. num. 21. par. 8. recent* in cuius decisionis auctoritate maximum constituebatur fundamentum, quando scilicet omnes universaliter instituti essent mortui, quia tunc ultimo ex eis moriente intrat reciproca favore superstitis in re certa instituti; Verum tunc occasione istius disputationis, (licet potius incidenter, quàm cum debita maturitate, dum ex aliis magis planis fundamentis absque necessitate ulterius istum articulum disputandi iudex fuit facilis ad absolutoriam,) observabam DD. allegatos per *Fusar. percutere casum, in quo omnes universaliter instituti decessissent antestatore, sive ante hæreditatis aditionem, itaut particulariter institutus, per viam juris accrescendi, & ne contingeret testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, remaneat hæres in toto, quinon est effectus*

reciproca, dum etiam sine illa ex legis ministerio idem resultat ex dicta ratione, unde super hujusmodi limitationis veritate in casus occurrentia maturius refero iudicium.

Eoque minus super hoc non multum disputandi occasio adfuit, quoniam istud motivum, quod tanquam Advocatus deducebam, reciproca non cadentis inter æqualiter institutos, parum ad causam proficuum erat, dum reciproca etiam cessante, stante morte utriusque hæredis absque prole, intrabat favore actoris ulterior substitutionis gradus magis generalis ordinatus favore proximiorum de domo & sanguine, à qua generali vocatione non excludit præcedens personalis exclusio, quoties non ex delicto & particulari odio emanavit ex deductis in *Amerina fideicommissi de Ianselicibus decis. 49. & in aliis.*

Solidius autem fundamentum credebam alterum resultans à duplici licentia alienandi, legis & hominis, quam gravatus habebat, unde propterea emptor tanquam ex valida alienatione tutus remanet, ut ceteris allegatis plene & punctualiter firmatur per *Rotam apud Merlin. decis. 459. ex num. 3. Aderat enim expressa facultas concessa per t. s. totrem alienandi fundacum, ut supra in facti enarratione habetur, Ac etiam facultas legis, quia cum per mortem Joannis Dominici coheredis laici, ac habilis ad mercaturam, hæreditas devenisset in Didacum clericum in sacris, cui mercatura per canones interdicta est, atque ageretur de mercibus non conservabilibus sed mercandis, & renovandis; Hinc proinde sequitur, quod hæredi gravato, non obstante legali prohibitione, competit facultas alienandi bona tempore peritura, & perpetuæ conservationi non apta, ex deductis per *Fusar. qu. 734. n. 6 & 7. & q. 544. num. 1. ubi concordantes; Et ex qua circumstantia cessabat obiectum per alteram partem excitatum circa licentiam à testatore concessam utpotè personalem ac restrictam ad Jo. Dominicum, quoniam si testator id concessit ei qui negotiorum exercere & continuare poterat, multo magis concessisse dicendum est ei, penes quem aliter merces cum manifesta jactura fuissent peritura, argumento ducto ab *auth. multo magis &c. Et in specie, quod facultas alienandi in uno casu extendatur ad æquipollentem, vel majorem Fusar. quest. 678. num. 24. & fin. Testator enim de solo Joanne Dominico loquutus est alienare debente cum consensu Didaci, quia illum solum præsupposuit, ac præsupponere debuit fundaci administratorem ob alterius inhabilitatem.***

Major autem difficultas circa istud solidum, ac reale fundamentum fuit circa non curatum pretii investimentum, quod à testatore dem indatur, an scilicet emptor de illo sollicitus esse debuerit: Et pro affirmativa, scribentes pro actore deducebant late in proposito firmata per *Rotam in Bonon. fideicommissi de Ruben Corrado decis. 363. par. 10. recent & in aliis præcedenter ac subsequenter in eadem causa edictis coram Panzirolo & Pentingero, in quibus irritatur alienatio bonorum fideicommissi non obstante licentia per Papam concessa ob non curatum ab emptore investimentum pretii in eadem licentia præscriptum.*

In contrarium dicebam mihi videre assistere veritatem; Distinctio enim est in hac materia vera, quod Aut in facultate adjicitur investimentum pro forma seu conditione à parte antea, & tunc quia concedens non confidit de alienante, tenetur emptor de illo esse sollicitus, nec alias facultas ita qua-

lificata seu conditionalis suffragatur, atque hic est casus in allegata Bonon. de Rubens, ubi de licentia Papa alienandi quadam bona fideicommissaria, sub ea forma, seu conditione, quod pretium unico contextu deponeretur penes eandem sacram exinde non amovendum nisi ad effectum illud implicandi in narratam utilem emptionem aliorum stabulium, quæ forma neglecta fuit; Aut si vestimentum inunctum est per viam modi, & à parte postea, quia nempe detur facultas alienandi inuncto onere hæredi gravato investiendi pretium, & tunc quia testator seu concedens dicitur sequi fidem alienantis, emptor non tenetur esse sollicitus, unde in hac materia quæstio videtur hodie potius facti & applicationis quam juris esse, in videndo scilicet, quando dicamur esse in una vel altera parte distinctionis, præsertim ubi testator tribuat facultatem alienandi ad effectum investiendi, ut frequentius contingit, unde incertum est, an per viam conditionis vel modi disposuerit; In dubio autem regula assistit emptori, ut non teneatur ex deductis in his terminis per Merlin. d. decis. 459.

Præterea huiusmodi difficultatem intrare observabam, quando ageretur de alienatione rei conservabilis à jure prohibita, ita ut emptor soli hominis licentiæ innitatur, quia si eam pro fundamento intentionis deducit qualificatam, dubitari potest, an teneatur illam recipere cum sua qualitate, Ac etiam quia sciens emere rem de jure alienari prohibitam, investigare tenetur de suis cautelis; Id autem in proposita facti specie non cadebat, dum conclusa etiam facultate hominis, aderat facultas legis ratione subjectæ materiæ, & ex bonorum ac personarum qualitate ut supra, stante præsertim bona fide in emptore fideicommissi ignaro; Atque ex hoc ultimo fundamento, facilius autem ex duobus primis detractionem ex incompetentiæ actionis, non discussio altero resultante à puncto reciproca cadentis nec nè inter inæqualiter institutos prodiit sententia absolutoria, justitia fundamentum pro meo iudicio habens, & quantum hucusque observantia ostendit actor acquievit.

## BONONIEN. BONORUM DE VBALDINIS

PRO

STEPHANO COMINO

CVM

NICOLAIO UBALDINO.

*Casus decisus per Rotam pro Vbalдино.*

De reciproca inter filios & descendentes ordinata, quando censetur linearis, & de linea ad lineam, vel potius discretiva in qualibet linea, & inter singularum linearum descen-

descentes inter se tantum; Et de alienatione bonorum fideicommissi ex causa dotium, sive pro aliis descendibus à Bannito, sive pro aliis, sive ex alia simili causa.

### S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Regula stat pro exclusione reciproca linearum.
- 3 Reciproca expressa intelligitur discretiva in qualibet linea, ubi plures sunt confusæ. Item tantum.
- 4 Ad reciprocam necessaria non sunt præcisæ sententiæ, sed sufficiunt conjecturæ, illa implacitates, & num. 7.
- 5 Pro dotibus, & pro alimentis vel liberis alienationem descendens alienari possunt bona fideicommissi, & num. 11.
- 6 Declaratur, & num. 11.
- 7 De reciproca lineari ex concessione.
- 8 Examinantur conjecturæ.
- 9 In conjecturæ alibus certum iudicium dari non potest.
- 10 Examinantur decisio 1023. Seraphini, & alia similes, an agant de reciproca lineari.
- 11 De conclusione posita num. 5.

### D I S C. C.

Nicolaus Ubaldinus senior in testamento suo de anno 1556. hæredem instituit Annibalem ejusque filios & descendentes in perpetuum, ad invicem substituit, atque tam primogenitum, quam omnes subsequentes gravavit ad restituendum illi, & Augustino alii filii tunc banniti, tribus portionibus hereditariis, postquam ipsi tiam Principis restituti essent, ac effecti ut ita quilibet ipsius testatoris filiorum, eorum respectivè filii & descendentes in perpetuum eorum haberent suæ hereditatis successorem, tertia vel pro medietate, prout casus reintegratus dictorum bannitorum vel eorum mortuorum filii dabit, ordinata etiam inter dictos Augustinum Thomæ respectivè descendentes ordinata, quam inter Annibalis descendentes ordinata.

Obiit Augustinus absque filiis, & forsan banni, Thomas verò reintegratus fuit, unde Annibal paternæ hereditatis dimidiam ei restituit, & cessit deinde Annibal superstitibus Nicolao & Johanne Baptista, qui sine filiis morientes hæredes tuerunt Alexandrum & Ludovicum eorum proles seu consobrinos, qui bona per dictam lineam hæreditariam ut supra in eos obvenire fecerunt Comino tanquam libera; Eis verò decessit, superstitis ex Alexandro, Nicolao pariter hic præterens bona sic alienata spectare ad fideicommissum per dictum Nicolaum seniore institutum iudicium instituit, atque duas favorabiles sententias reportavit, Unam in prima instituta Auditore Generali Bononiæ, Et alteram instituta ab A. C. Commissariæ causa appellata in Rota coram Taja, pro dictarum sententiarum revocatione & executione responsum fuit, unde decessit, & commissariæ causa in eadem Rota Albergato cum duobus confusis, assumptaque dispositione decessit. An constaret de tribus validis & iustis, qua revocanda.

In hoc statu ad semimortuæ causæ declarationem evocatus, Dicebam sententiarum nullam esse.